

mundi atiae non fuisse idolatriam, ob recentem creati mundi memoriam. Verum haec ratio non omnino concludit; nam recentis memoria diluvii, et tante vindicta Dei, non impedivit, quin mox surpereret idolatria. Unde Tornielius et alii putant, etiam tum fuisse idolatriam in aliis Adae familias; id estque Enos ei opposuisse publicum unius Dei cultum, itaque Sancta Ecclesia visibilium formam instituisse.

DOMINI. Hebraicè est nomen tetragrammaton *Yehova*;

CAPUT V.

1. Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

2. Masculum et feminam creavit eos, et benedixit illis; et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creauit eum.

3. Vixit autem Adam centum triginta annis; et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavite omnes facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth,

4. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, et mortuus est.

5. Vixit quoque Seth centum quinque annis, et genuit Enos.

6. Vixit quoque Seth centum septuaginta annis, et genuit Cainan.

7. Post cujus ortum vixit octingentis quindecim annis, et genuit filios et filias.

8. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est.

9. Vixit vero Enos nonagesima annis, et genuit Cainan.

10. Post cujus ortum vixit octingentis quindecim annis, et genuit filios et filias.

11. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinquaginta anni et mortuus est.

12. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, et genuit Malaleel.

13. Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuique filios et filias.

14. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, et mortuus est.

15. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared.

16. Et vixit Malaleel postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, et genuit filios et filias.

17. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingentis nonagesima quinque anni, et mortuus est.

18. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Henoch.

19. Et vixit Jared postquam genuit Henoch, octingentis annis, et genuit filios et filias.

20. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est.

21. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalam.

22. Et ambulavit Henoch cum Deo; et vixit postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, et genuit filios et filias.

23. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

unde Rupert., Cajetan. et alii putant hoc nomen Ade et Enos fuisse revelatum, ipsoque per illud Deum invocasse. Sed verius est, Mosi primum hoc nomen tetragrammaton fuisse revelatum, ut dicam Exodi 6. 3. Moses ergo, qui haec scripsit, postquam hoc nomen a Deo Exodi 6 accepit, eo passim anterius, etiam in Genesi, Deum compellat, etiam Adam, Enos, aliquique patriarche Deum tunc, non *Jehova*, sed *Elohim* vel *Adonai* compellariunt.

CHAPITRE V.

1. Voici le dénombrément de la postérité d'Adam, c'est-à-dire, de ceux de ses enfants qui ont été les pères de Messie. Au jour que Dieu créa l'homme, il le fit à sa ressemblance, lui ayant donné une âme capable de le connaître et de l'aimer.

2. Or, sous ce nom d'homme, il faut entendre l'homme et la femme; car il les créa mâle et femelle, il les bénit, et il leur donna le nom d'Adam, c'est-à-dire, terrestres, au jour qu'ils furent créés, pour marquer qu'ils avaient été tirés de la terre.

3. Adam ayant vécu cent trente ans, engendra un fils à son image et à sa ressemblance, c'est-à-dire, homme et pécheur comme lui, et il le nomma Seth.

4. Après qu'Adam eut engendré Seth, il vécut huit cents ans. Or, avant la naissance de Seth et après, il engendra des fils et des filles.

5. Et tout le temps de la vie d'Adam fut de neuf cent trente ans, et après cette longue vie, qui fut pour lui une longue pénitence, il mourut.

6. Seth aussi ayant vécu cent cinq ans, engendra Enos.

7. Et après que Seth eut engendré Enos, il vécut cent sept ans, et il engendra des fils et des filles.

8. Et tout le temps de la vie de Seth ayant été de neuf cent douze ans, il mourut.

9. Enos ayant vécu quatre-vingt-dix ans, engendra Cainan.

10. Depuis la naissance de Cainan, il vécut huit cent quinze ans, et il engendra des fils et des filles.

11. Et tout le temps de la vie d'Enos, ayant été de neuf cent cinq ans, il mourut.

12. Cainan aussi ayant vécu soixante-dix ans, engendra Malaleel.

13. Et après avoir engendré Malaleel, il vécut huit cent quarante ans, et il engendra des fils et des filles.

14. Et tout le temps de la vie de Cainan, ayant été de neuf cent dix ans, il mourut.

15. Malaleel ayant vécu soixante-cinq ans, engendra Jared.

16. Après avoir engendré Jared, il vécut huit cent trente ans, et il engendra des fils et des filles.

17. Et tout le temps de la vie de Malaleel, ayant été de huit cent quatre-vingt-quinze ans, il mourut.

18. Jared ayant vécu cent soixante-deux ans, engendra Henoch.

19. Apres avoir engendré Henoch, il vécut huit cents ans, et il engendra des fils et des filles.

20. Et tout le temps de la vie de Jared ayant été de neuf cent soixante et deux ans, il mourut.

21. Or, Henoch ayant vécu soixante et cinq ans, engendra Mathusalam.

22. Henoch marcha avec Dieu, et lui fut très-agréable; et après avoir engendré Mathusalam, il vécut trois cents ans, et il engendra des fils et des filles.

23. Et tout le temps qu'Henoch vécut sur la terre fut de trois cent soixante-cinq ans.

24. Ambulavitque cum Deo, et non apparuit, quia tulit eum Deus.

25. Vixit quoque Mathusalam centum octoginta septem annis, et genuit Lamech.

26. Et vixit Mathusalam, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, et genuit filios et filias.

27. Et facti sunt omnes dies Mathusalam nongenti sexaginta novem anni, et mortuus est.

28. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit filium;

29. Vocavitque nomen ejus Noe, dicens: Iste consolabit nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus.

30. Vixitque Lamech, postquam genuit Noe quinque nonagesima quinque annis, et genuit filios et filias.

31. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingentis septuaginta septem anni, et mortuus est. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japheth.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—LIBER, catalogus, enarratio, canonicus generationum ab Adam ad Noe: hoc enim est Hebraeus sephar, à radice *saphar*, id est, numeravit, recensuit. Eodem sensu Math. c. 1. vocatur *liber*, id est, catalogus generationis, sive genealogie Christi.

AD SIMILITUDINEM DEI, ad imaginem suam. Sepē enim Hebrei pontum antecedens pro relativio.

VERS. 2.—VOCAT NOMEN EORUM ADAM, ab hebreo *Adama*, q. d.: Vocavit eos homo ab humo, ex quo creavit eos. Eva ergo etiam est Adam, id est, homo. Utique unum nomen indidit Deus, ut scirent conjuges, se quasi unum hominem in duobus esse corporibus, seque ut nomine, ita et anima ex voluntate adumari debere. Secundò, nomine Adam monetur, se esse terra filios, vires, luteos, fragiles, mortales, et in terram reversos. Memento, Adam, quia adam, id est, terra et pulvis es, et in pulverem reverteris.

VERS. 3.—GENUT (illium) AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM SUAM, puta sibi per omnia similem, non in peccato originali, ut explicat Calvinus, sed in natura, scilicet in corpore humano, et in anima rationali, in qua Seth, sequè ut Adam, erat imago Dei. Vide dicta c. 1, v. 27.

VERS. 3.—AD AMAN NONGENTI TRIGINTA, ET MORTUUS EST. Nota primò. Ab Adam usque ad diluvium, per Seth sunt decem generations, estque hoc prima mundi aetas.

Nota secundò. Anni bi furunt duodecim mensium, uti sunt nostri, ut patet Genes. 8, 7, 8; nam si fuisse monstrum, ut aliqui volent, putat si annus unus fuisse tantum unus mensis, continens triginta dies, sequeretur, eos qui hic 75 anno generasse leguntur, 75 mense generasse, ac consequenter generasse anno atatis sue 7. Omnes denique defuncti essent anno centis etatis 82, quem etiam hoili non pauci exsuperant. Haec Sanct. Hieronymus et Sanct. August. lib. 15 de Civit. c. 15. Fatorum Aegyptis prisca annum

24. Pendant tout ce temps-là, il marcha avec Dieu dans une si parfaite obéissance à ses commandements, et une si grande foi en ses promesses, que le Seigneur voulut le réserver pour précher la pénitence à la fin du monde; c'est pourquoi il le transféra dans le paradis, et il ne parut plus sur la terre, parce que Dieu l'enleva, et le cache aux yeux des hommes.

25. Mathusalem ayant vécu cent quatre-vingt-sept ans, il engendra Lamech.

26. Pendant le temps de la vie de Mathusalem ayant été de neuf cent soixante-neuf ans, il mourut.

27. Lamech ayant vécu cent quatre-vingt-deux ans, engendra un fils,

28. Qu'il nomma Noé, c'est-à-dire, repos, en disant: Cela-ci nous soulagera parmi nos travaux et les œuvres de nos mains, et il nous consolera dans la terre que le Seigneur a maudie.

29. Lamech après avoir engendré Noé, vécut cinq cent quatre-vingtquinze ans, et il engendra des fils et des filles.

30. Et tout le temps de la vie de Lamech ayant été de sept cent soixante-dix-sept ans, il mourut. Or Noé ayant cinq cents ans, engendra Sem, Cham et Japheth.

COMMENTARIUM.

vuisse monstrum; id enim tradit Diodor. Sicul. lib. 1. Varro apud Lactant. lib. 2, c. 20; Plutar. in Num. et Sanct. August. 12 Civit. c. 20, et Proclus in Timaeum l. 1, pag. 55: Αγρύπτοι, inquit, την πάνα ένωσαν έδεικνει. Αγρύπτι μηνεν vocabunt annum. Verum nil tale de prisca Hebreis reperias.

Tertio, ex hebreo textu, et ex nostra versione latine patet, ab Adam usque ad diluvium fluxisse annos 1656; ita Sanct. Hieron., Beda et Augustinus supra. Quare in Septuaginta qui numerant annos 2242 (juxta editionem correctam à cardin. Caraffa), irrepsit error; superat enim hic numerus veritatem annis 586. Suscipitur Sanct. Augustini, sciolus quendam mutata numerum in Septuag. quod poterat hic accipi debere annos mensuros; insolitus enim et paradoxum videtur, ut homines tunc vixerint 900 solidos annos; sed quia ille ipse rursum videbat sibi objici posse: Si anni fuerint mensuri, ergo qui centesimo anno dicuntur generasse, generarunt anno secundum nos octavo; hinc ut hoc effugeret, pro 100 supponeamus 200.

Quarto, mortuus est Adam anno 57 Lamech patris Noe, 726 annis ante diluvium, videlicet totius humani generis sui propagationem et corruptionem. Addit Irenaeus lib. 5, c. 52, Adam mortuum esse feria sexta, die Veneris, quia eodem die creatus est, et peccavit Adam: dixerat autem ei Deus: In quācumque die commedris ex eo, morte morieris: ergo mortuus est die Veneris, quo et peccavit. Verum illa communio Dei alium habet sensum, nisi superiori dixi. Eva, si credimus Mariano Scoto, decebat annis post maritum vixit, mortuaque est anno vite et mundi 940.

Quinto, traditio est, Adam sepultus esse in Hebron. Tradit Jacob Edessemus, qui fuit magister Sanct. Ephrem. apud Barcepha lib. 1, c. 14, quod Noe ossa Adami in arcam religiosè suscepit, et post diluvium illa inter suis liberis distribuerit. Semque quoniam antefacta ex exteris, Calvarium Adae dederit, et cum eis

Judeam. Tanta patribus fuit cura honore separari, ob animarum immortalitatem, quam certa fide et spe sibi proponebant. Hinc communis Patrum sententia est, cranium Adae sepultum esse in monte Calvaria, ut ibi Christi crucifixi sanguine rigaretur, ablueretur, vivificaretur. Audi inter alios Tertull. l. 2 Carnis. contra Marcion. c. 4 :

Golgotha locus est, capitis Calvaria quondam, hic medium terrae est, hic est Victoria signum.

Os magnum hic veteres nostri docere repertum.

Hic hominem primum suscipimus esse sepultum.

Hic putat Christus, pia sanguine terra madescit,

Pulvis Adae ut possit veteris, cum sanguine Christi

Commixtus, stillantis aqua virtute lavari.

Denique Adamo et Eva peccatum suum remissum est, ut patet Sapientie 10, v. 2; intellige quatenus hoc peccatum eis personale erat; non autem quia peccatum erat natura, sive totius generis nostri; sic enim hoc peccatum est nobis originale, et in omnes Adae posteros nascendo transfunditor; atque haec ratione est irremissible. Addit, tradidit, est, Adamum et Eam esse salvatos; que ita certa est, ut Epiphanius, Philastrius, Augustinus et ali, Enarratibus hoc negantur damnum erroris. Vide Alphonsum à Castro v^o Adam. Quocirca Adamum inter alios, imo pre aliis sancti resurrexisse cum Christo Matth. 27, 53, docent Sancti. Athanasius Orat. de pass.; August. bie. quest. 161; Origenes tract. 35 in Matth. et alii.

Queres, unde tunc tam longevi fuerint homines? Pereris varias das causas: Prima, fuit bonitas primæ complexionei et temperamenti corporis, in primis hominibus. Secunda, fuit sobrietas, que tanta fuit, ut nec carnis, nec vino uteretur. Tertia, fuit primus vigor terre, fructuum et alimentorum, que initio creationis sue longè vivaciora et succulentiora et efficaciora erant quam jam, cum sunt effeta. Quartæ, fuit scientia Adæ, quam aliis communicebat, quia melius quam medici nostri nōrāt vim herbarum, fructuum, metallorum, etc. Quinta, fuit benignus asperitus, concursus et influxus astrorum. Sexta, fuit Dei voluntas et arcana cooperatio; idque ad hoc, ut homines ciuitate propagarentur, et per longam experientiam scientias et artes omnes perdiderent, utque primi homines fidem creationis rerum, Dei cogitationem et cultum posteriori etiam remissimis traherent. Unde Lipsianus magis Dei miraculo, quam nature hanc longevitatem attribuit.

Nota. Nollus istorum patrum attigit annum millesimum, ut videamus, etiam longissimam vitam in hoc mundo, ne punctum quidem esse ad aeternitatem; nam mille anni coram Deo sunt quasi dies hesterni, que praterit, Psal. 89, 4.

Et mortuus est. Singulis hoc additur, ut videoas efficacem fuisse sententiam mortis, à Deo latam in Adamum peccantem, ejusque posteros, cap. 5, v. 19; nam, ut a Sapiens Ecclesiastici 14, v. 12: *Hoc est testamentum hujus mundi; morte morietur.* Ergo cogitemus singuli: De me quoque brevi dicitur: *Et mortuus est;* hoc meum et cuiusque est, aut crit emblemata, hoc

eptaphium: Cornelius vixit tot annos, et tali anno mortuus est. Facili contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moritum, ait S. Hieronymus Epist. 103. Severus imp., auctore Dione Nicomo in ejus vita, urnam sibi parari voluit, in qua sepeliretur, quam crebro manus conrectans dicebat: *Tu virum capis, quem totus orbis capere non potuit; idque fecit, ut memori mortis retineret.*

Eadem de causa S. Joannes Eleemosynarius, patriarcha Alexandrinus, jussi sibi extriu monumen-tem, sed imperfectum; solemnibus autem festis in conspectu multorum, voluit sibi a fabris dicere: *Momentum tuum, Domine, adhuc imperfectum est; ju- ergo ut tandem perficiatur; incertum enim est, quā horā mors ventura sit.* Ita Leontius in ejus vita. *Incertum est,* inquit Seneca Epist. 26, *quo te loco mors expectet; itaque tu illam omni loco excepta. In somnum ituri, leti hilarosque dicimus: Vixi, et quem dederas cursor.* *Dens alme, peregi.* Disce ergo mori; aeternitatem cogita. O aeternitas! quam longa es, aeternitas, quam aeterna, quam constans aeternitas!

VIXIT QUOQUE CAIANUS SEPTUAGINTA ANNIS, ET GENUIT MĀALEEL. *Māaleel,* vel ut Hebr. est *Māhalālēl,* idem est quod *landus Deum;* *halat enim est laudare, el,* Deum, sive quis filius assiduè laudans Deum, inde vocatus est *Māhalālēl,* sive quia pater Caianus eum in hortu ita vocavit, ut tam se quām ipsum ad jugem Dei laudare excedire, ut quoties illum nominaret vocaretque *Māhalālēl,* toties quasi dicat, *Hallelūia,* id est, laude Deum, vel potius *hallel el,* id est, lauda for-mam Deum.

VERS. 22.—AMBULAVIT HENOC CUM DEO, q. d.: Henoch ita sancti et piē vixit, quasi Deum presenserat, per oculis habebat, et reverenter, idque in omni opere cautissimus, modestissimus, religiosissimus semper incedebat, eratque Deo Deique voluntati per omnia consentiens, perinde ut homo cum homine amico, vel domino suo ubiqui et individuali inambulans, illi per omnia consentit, illi in omnibus se conformat, Septuag. vertunt: *Henoch placuit Deo,* scilicet propter eius hominibus, etiam justis et sanctis illius evi. Targum Hierosolymitanum verit, servit Henoch in veritate coram Domino. Arabic. *Henoch rectum fecit incensus coram Deo;* Chalde., et ambulavit Henoch in timore Dei. Haec de causa tulit et rapuit eum ad se Dominus tanquam altiorem terra, Deo angelisque dignum, immobilem.

Hinc aliqui Judei putarunt, Henoch fuisse angelum incarnatum. Ambulavit, inquit Hugo Cardini, post Dominum, humiles et penitentes; cum Dominio, sancti prelati et rectores; ante Dominum, pii concionatores, uti S. Joannes Baptista; à Domino, apostoli, et qui sue voluntati ac voluntati serviunt; contra Dominum, superbi et rebeller, ut Iudei Levit. 26, 2.

Aduilt aliqui, ambulare cum Deo significare in publico esse ministerium Dei, et fungi officio sacerdotib. Sic enim de Heli pontifice ait Deus I Reg. 2, 50: *Louquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo,* Hebr., ambularet coram me.

Et v. 33: *Suscitabo mihi sacerdotem fidem, etc. Et: Ambulavit coram Christo meo cunctis diebus. Sacerdotum enim est assiduè cum Deo in precibus, sacrificis sacrisque actionibus versari: ipsi enim sunt angeli et mediatores inter Deum et homines, nec dubium est, quin Henoch velut caput familie fuerit sacerdos.*

Magna ars est, nosse cum Deo ambulare, illum ubique habere presentem, illi se jungere, illi per omnia obsequi, cum illo secip̄ colloqui, illius opem implorare, ab eo pendere, ab eo regi, illi totum uniri. Qui cum Deo ambulat, cum hominibus bene ambulat; qui tantum cum hominibus ambulat, nec cum Deo, nec cum hominibus bene ambulat. Ita ambulavit cum Deo S. Paulus primus eremita, ab anno xatatis 15 ad annum 115, in cromo degens, cuius proinde defunctum animam inter angelorum choros, inter Prophetarum et Apostolorum coetus, in celum rapi vidit S. Antonius.

Hunc secutus est ipso S. Antonius, quem secip̄ sol oriens eodem vestigio stantem, et in celum suspicentem aspectum, quo cum occidens reliquerat, teste S. Athanasio. Ita Macarius in celis cum Deo versabatur, dicebatque sibi: *Habeb Angelos, Archangelos, omnes supernas potestates, Cherubim, et Seraphim, Deum horum omnium effectorem;* illuc versus, *ne sub celos descendiseris, ne incidaris in mundanus cogitationes.* Testis est Palladius in Lusiaca, c. 20. Ita Anup apud eundem cap. 15: *Nullus, inquit, alterius rei cupiditas in cor meum ascendit, nisi Dei. Nil ex rebus terrenis occurravit mihi Deus.* Non interdum somnum cepi, non noctu requievit, Deum querens. Omne petitionem accepi à Deo protinus. Vidi sapientem Deo assistentes myriadas; vidi choros justorum, vidi martyrum congeriem, vidi monachorum ritus institutionem; opus autem omnium Deum laudabat. Vidi justos letantes in aeternum. Ita ambulavit cum Deo Simon Stylites, Joannes, Macedonius, Marcianus, Ephrem et alii inumeri, de quibus Evagrius in Vitis Patrum et Theodoreti. Philotheo. O quam felices hi angelii terrestres!

Fuit ergo Henoch prophet, et scripsit quedam divina, que citat S. Judas in sua Epistola sed liber Henoch interiit: nam ille quem viderunt S. Hieronymus, S. Augustinus, Origenes, Tertul. supposititus et apocryphus est.

Vers. 24.—ET NON APPARUIT, QUA TULIT EUM DOMINUS. Calvinus secutus Abra Ezra et Judos, putat Henoch esse mortuum suaviter et placide, et mox à morte animam ejus translatum esse in celum, sed non vidisse Deum, donec Christus in celum ascenderet; itaque Henoch jam esse immortalem, nec amplius ad nos redditum aut moriturum. Sed huc omnia falsa et erronea sunt. Primitus, quia, si esset mortuus Henoch, sequit̄ de eo ac de aliis omnibus disisset Scriptura, et mortuus est. Secundo, quia de eo hīc dicitur, *tulit,* id est, rapuit eum vivum Deus; unde Septuaginta vertunt, *transluit eum Deus.* Hinc et Ecclesiast. c. 44, 16, asserit Henoch, non mortuum, sed translatum in paradisum, ut det gentibus penitentiam; ergo vivit adhuc Henoch, et ad nos redit, ut se opponat Antichristo, si

Queres, ubi iam sunt Henoch et Elias, et qualiter agunt vitam?—Respondeo: Communiter docent Patres, eos versari in paradiso. Verum dico, Henoch ante diluvium translationum esse in paradisum; post diluvium verò, quo inundatus et submersus videtur paradise, agit in loco aliquo amoeno quem Deus illi sive in aere, sive in terra preparavit, ad quem post diluvium rapitus est Elias; ibi ergo simul agunt vitam quasi beatam, immunem a concupiscentiā et a nostris servitūs, in altissimā Dei contemplatione.

Secundò, sine cibo eos vivere, censem Epiphan. he-

resi 64, et Hieronymus ad Pammachium; Augustinus verò de hac re dubitat lib. 1 de Peccat. meritis et remissione, cap. 5, atque eos vel sine cibo vivere, vel certè vivere sicut Adam vixit in paradiſo, scilicet ex ligno vite, idēquā nec morbo, nec senectute deflere. Sed verius est, eos à Deo viros et vegetos per miraculum conservari, sine cibo; nam, ut dixi, paradoxus, et consequenter lignum vite intererit.

Queres secundò, an Henoch et Elias videant Deum, sintque beatū? Asserunt Catharinus tract. de Gloriā Christi consummātū, P. Salmeron, et propendet Barradius in illud Joan. 21, 23: *Sic eum volo manere, donec veniam.* Putant enim Henoch et Elias, uti et S. Joannem Evangelistam, needum esse mortuos, idēquā eos habere adhuc corpora mortalia, venturosque esse contra Antichristum, et ab eo martyrio afficiendos; interim tamen videare Deum, eoque frui saltem à morte et resurrectione Christi.

Probat id multis et plausibilibus rationibus. Primo, quia S. Joannem venturum esse cum Henoch, videtur asseri Apocal. 10, v. 11: *Oportet te iterum prophetare gentibus.* Et Joan. cap. 21, v. 25: *Sic eum volo manere, donec veniam.* Nam corona martyrii Joanni, uti et exercitii Apostolis, debetur et promissa est Matth. 20, 25, hisce verbis: *Caticem meum bibetis.* Jam S. Joannem videare Deum, non videtur dubium; nam Ecclesia eum publicè in Litaniis, aquæ ac aliis beatos, collit et invocat. Secundo, quia Ecclesia celebrat festum, tam S. Joannis, quam Eliae iulii 20, ut patet in Martyrolog. romano; ergo ipsi fruuntur Deo. Tertiò, quia Graci ex exercitu templi in honorem, tam Eliae, quam S. Joannis, uti docet Baronius in Martyrolog. iulii 20; ergo ipsi sunt beatū, his enim solis eriguntur templū. Quartò, quia Henoch et Elias sanctissimè vixerunt, ac proinde dignissimi sunt ut Deo fruantur, præserunt cùm aliis prophete et patriarche etiam ministris sancti quād ipsi quibuscum vixerunt, jam Deum videant. Quintò, quia si optime evadimus difficultatem, que est de suspensione meritorum Henoch et Elias. Cur enim suspendit Deus merita eorum prater morem, nisi quia jam videt Deum, sicut non in via, sed in termino, puta sunt beatū? Si dicas, Deum eorum merita non suspenderis, inferam: Ergo ipsi in meritis et præmis, penè in immensum superabundant omnes alios beatos; nam per totum annum millia assidū merentur, et in dies merita sua aduentū, idēquā usque ad diem iudicij: hoc autem videtur incredibile.

Verum haec sententia nova et paradoxa videtur, solidio carere fundamento. Primo, quia vix illus veterum Patrum vel doctorum eam asservauit; nam Nazianzenus, quem citat Barradius, eam non asservit, sed dubitat. Secundò, si Henoch et Elias vident Deum, ergo sunt beatū, ergo sunt comprehensores, non viaatores. Atqui viaatores sunt, quia adhuc moritū sunt, et martyrio laureandi.

Tertiò, nec Mosi, nec Paulus, nec ulli alteri mortaliū concessum est, ut ante mortem videret Deum; inī Domini edixit Mosi: *Non videbit me homo et vivet.* Exodi c. 23, v. 20. Ergo nec Henoch et Elias id

concedendum est; sunt enim ipsi adhuc mortales, et reip̄sā moritū. Quartò, multò magis paradoxum videtur, Henoch et Eliam à gloriā celesti et visione Dei redire ad passiones, merita et mortem, quād merita eorum suspensi; qui enim beatū unquam è celo rediit ad labores, merita et mortem? qui unquam ex comprehensore factus est viator? Quintò, solus Christus fuit simul viator et comprehensor; hoc enim privilegium soli Christo dant omnes theologi. Atqui, secundum novam hanc sententiam, hoc falso est; nam Henoch et Elias, saltem cùm redibunt, certatū contraria Antichristum, simili erunt viaatores et comprehensores; tunc enim non perdant visionem Dei, quam jam possident, quād sunt beatū. Sextò, si visio Dei non impedit tunc eorum merita et labores contra Antichristum, cur iam eorum merita impedit? pari enim modo Christus ante mortem et resurrectionem unum videns Deum, nonquā p̄ hanc visionem impeditus fuit à suo merito. Septimò, S. Joannem non esse mortuum eumque venturum esse contra Antichristum, planè videtur improbabile, atque repugnat tantum historiis plurimis, in eum mortuum esse asseverant (citat eos Baronius), quād Ecclesiæ, que S. Joannis quasi mortui, et in celo cum Christo regnantis festum colit, eumque invocat. Secūdū est de Henoch et Eliā; hos enim nemo colit, vel invocat.

Ad primum respond. Joannem post illa verba Apocal. 10, iterum prophetasse gentibus, c. 12, 15, 14 et sequent. usque ad finem Apocal., non autem ipsi prophetatum esse in fine mundi. Illud verò Joan. c. 21: *Sic eum volo manere,* idem est ac si diceret: *Si cum volo manere,* ut aliis codicis legunt. Loquitur enim Christus non assertivè, sed conditionatè, idēquā ad retundandam curiosum Petri interrogacionem: *Dominie, hic autem quid?* Porro calicem passionis bibit S. Joannes, tum alias, tum ex tempore quo in dolium olei ferventis missus est. Unde ipse à Patribus vocatur, et ab Ecclesiā colitur, et reverā est martyris. Ad secundum resp.: Graci celebrat festum Eliae, non beatū, sed rapti. Illo enim die tantum recolunt memoriam rapti eius, quia raptus hūs fuit admirabilis. Ad tertium resp.: Eodem modo et scopo Eliae tempora arexerunt Graci, quo festum illi instituerunt, scilicet ut iis testarentur et recolerentur memoriam tam rapti Eliae (tempora enim propria non sanctis, sed soli Deo in honorem sanctorum eriguntur); qui coelestem hī egit vitam, et celestes quasi discipulos post se reliquā, fatique monachorum quasi pater et patriarcha, quique etiā nondum beatū sit, jam tamen quasi confirmatus est in gratia, certiōne beatus. Itaque ex Dei revelatione et oraculo jam quasi canonizatus est. Ad quartum resp.: Ordo à Deo institutus postulat, ut Henoch et Elias non videant Deum, cūm nondum sint mortui; ali verò Prophete mortui sunt, idēquā vident Deum. Quare congruum est, ut Henoch et Elias medium vitam agant inter hominē terrenos et inter beatos in celo, pacatam scilicet et jucundam, non tamen beatam. Eorum vero sanctitati et meritis rependitur, non visio Dei, sed aliud magnum quid, scilicet quid illi soli ex

Prophetis venturi sint quasi fortissimi pugiles Christi contra Antichristum, eumque confutatur, idēquā martyrio ab eo laureandi. Ad quintum de suspensione meritorum mox dicam, neque illa suspensiō hic difficultatem tollit; nam saltem Henoch merita fuerunt suspensa à raptu ejus usque ad Passionem Christi, per tria penit annorum milia (præcisè enim anni 2997 interfluerunt), quibus tamen Deum non videt Henoch; si enim merita ejus tunc non fuerint suspensa, ergo Henoch tot annis continuè merendo, longissimè superabit in gratia et gloriā omnes sanctos, itaque rediemus in incommodum quod ipso argumento praetenditur.

Quæritur tertio, an sint in statu merendi? Asserit Viega in Apoc. 11. Ratio est, quia sunt adhuc viaatores, cūmque primitur visione Dei, cur preter ordinem communem privarentur etiam facultate merendi, quam habent aliū viaatores? Esto hā ratione meritis et gloriā sint superatūr sanctos omnes, exceptā B. Virgine. Negat verò idipsum Pererius et Suarez, idēquā videtur probabilis. Ratio est, quia aliqui tot annorum milibus innumerātūr etiam accūmularēt merita, nec inter eos et alios sanctos esset illa comparatio, aut proporatio in gratia et gloriā. Secundò, quia per raptum translati sunt in aliū statum et vitam; unde raptus videtur eis fuisse instar mortis; ad consequētū suspenda eorum merita donec redēant ad nos tempore Antichristi; tunc enim rursus merebuntur. Jam ergo sunt quasi in statu medius viaatorum et beatorum, scilicet in statu quietis et contemplationis; unde sicut non laborant, nec patiuntur, sic nec merentur; plurimū autem merebuntur redeūt, et pugnant contra Antichristum.

In viātū S. Pachomii refertur, quid philosophus quidam Theodore discipulo S. Pachomii, huc tria enigmata proponerūt; ad quae ipse ita solerter respondit. Primum: *Quis non natus, mortuus est?* Respondit Theodore. Adam. Secundū: *Quis natus est, nec tamen mortuus?* Respondit Henoch, qui translatus est. Tertiū: *Quis mortuus est, nec tamen corruptus?* Respondit, uox Loth, que in statu salis est conversa.

Nota. In fine mundi redibunt ad communem vitam Enoch et Elias, ut Antichristo per conciones, disputationes et miracula se opponant, idēquā ab Antichristo martyrio affectūr Hierosolymas, qui corpora eorum projicit insulpa in plateau; sed post tres et dimidium vivi et gloriōsū totā urbe spectante resurgent, ascendentque in colum, ut patet Apocal. cap. 11, v. 7. Ita passim Patres hī, et Apocal. cap. 11, estisque communis hī fidelium sensus et traditio; unde S. August. lib. 20 de Civit. c. 29, dicit hoc esse celeberrimum in sermonibus et cordibus fideiū. Tertium: *Domini filius tuus erit?*

Denique Henoch atavus fuit Noe, ac consequenter pater fuit omnium nostrām; omnes enim homines (consequenter et Antichristus), uti à Noe, ita et ab Henoch descendunt. Unde sequitur, quid, cūm ad nos redibit Henoch, celebs manebit; nec enim cum

ullā feminā (cūm omnes ex se descendant, sicut sue filie), matrimonium ratum contrahere poterit; quia in linea recta ascendētū et descendētū etiamē gradibus infinitis ad invicem distaret jure naturae irriūt est matrimonium, si ascendentes descendētibus copulari velint, uti habet communior sententia doctorum, quos recenset Sanchez tom. 2 de Matrim. lib. 7 Disp. 51, licet ipse cum aliis contrarium doceat. Concionabit ergo Henoch rediens omnibus suis filiis, puta omnibus hominibus, et ab uno filiorum suorum, puta a spūrio Antichristo, occidetur. Rursus raptus fuit Henoch anno mundi 987; ergo cūm hoc anno Christi 1615 agatur annus mundi 5565, sequitur Henoch hoc anno agere annum rapids sui 4378, vite verò sui 4945.

Vers. 27. — DIES MATHUSALEM NONGENTI SEXAGINTA NOVEM ANNI. Hic fuit omnium mortalium longissimus; Adam tamen eo longevior dicitur ratione potest, quid Adam creatus sit in etate et statura perfecta, qualis jam est tringita tunc fuisse 60 annos rum, ut minimum; Mathusalem autem natu est in 60, et 60 annis crevit et adelevit ad statum et staturam in qua creatus est Adam; ergo si 60 annos à Mathusalem demas vel totidem Adæ addas, superabit Adam Mathusalem 21 annis; ita Perer. Natus est Mathusalem anno mundi 687, cūmque vixerit annos 969, sequitur eum obisse anno mundi 1656, scilicet eodem anno quo factum est diluvium, paucis (septem si Hebrei credimus) diebus antequā illud inundaret; ita S. Hieron. Non benē ergo S. August. lib. 1, Quæst. in Gen. censem eum obisse 6 annis, ante diluvium; sexto enim anno ante diluvium obiit, non Mathusalem, sed Lauech ejus filius, qui fuit pater Noe, ut patet Gen. 3, 50 et 51. Sed audi S. August. initio quest. in Genes. : *Querit, inquit, solet, quomodo Mathusalem secundum annorum computationem, vivere post diluvium poterit, cūm omnes præter eos, qui in arcu ingressi sunt periisse dicuntur?* sed hanc questionem, plurimū codicium mendositas peperit. Non solum quippe in Hebreis aliter inventur, verū etiam in Septag. interpretatione, Mathusalem in codicibus paucioribus, sed veracioribus sex annos ante diluvium repperit fuisse defunctus. Quod etiam explicat lib. 15 de Cīvit. c. 15.

Vers. 29. — NOMEN EIUS NOE, DICENS: ISTE CONSOLABITUR. Ex hisce verbis patet Lamech fuisse prōphetam. Nota. Noe hebraicè duo significat: Primō, quietem, à radice noach, id est, quietem. Inde enim Noe hebraicè dicitur, Noach, id est quietis, vel quietis, et quiescere faciens; unde 70 vertunt, hī requiescere faciet nos ab operibus et tristitias manū nostrārum. Sic et Arabicus. Secundū, significat consolatiōnem vel consolatorem, à radice nacham, id est, consolatori, est, ut Noe à nacham deducatur per apocopē litteræ mem; et ita deducit. Scriptura hic dicens, zienachamen, iste consolabitur nos, ut habent Hebreas, Chaldaeus et noster, sed utrumque eodemredit; consolatio enim ab opere et labore, non est aliud quām quies ab opere et labore

Noe ergo quiescere fecit et consolatus est homines, primò quia, ut ait S. Hieron. omnis retroacta opera, scilicet peccata, quieverunt per Noe, qui ea sepelevit diluvio. Secundò, ut R. Salomon, Hebrei, Cajet, et Lipoman, quia Noe arstrum et alia instrumenta agricultura, artemque faciliorem colendi agros inventi. Tertiò, ut alii, quia propter sanctitatem et sacrificium Noe post diluvium, Deus benedixit terra c. 8, v. 21, et c. 9, v. 1 et sequent., quo factum est, ut terra sic beneficia minore labore et culturae majores fructus aferat. Quartò, quia Noe plantavit vites, et adiunxit vinum, quod est solatum cordis humani. Rursus, quia Noe à Deo fuit concessus usus carnium, quibus vita hominum roboretur. Addunt alii, quia Noe per diluvium hominius adscivit mortem, que est omnium laborum nostrorum finis et quies. Verum mors et mersio improborum non est quies, sed initium aeterni doloris et laboris. Quintò et maximò, hisce verbis prophetat Lamech de Noe filio suo, quod ipse erit generis humani, diluvio penè abscondi, reparator (hac enim magna Lamechi, et patrum fuit consolatio et quies), ait Hugo, et quod ipse mundo Deum, Deique beneficentiam conciliabit, quodque ex eo nascentur Messias, inquit Rupertus, qui nostra est requies et consolatio; cuius est illa vox: *Venite ad me omnes qui laboratis, et oneratis estis, et ego reficiam vos.* Noe ergo fuit typus Christi.

Ante diluvium magni et longi fuerunt patrum dolores et labores; primò, quia vivebant 900 annos in continuis laboribus; secundò, quia terram colebant à Deo maledicant, idéquaque steriles; tertio, quia non habebant illas artes et instrumenta arandi et colendi terram; quartò, hi omnes corrum labores periret erant diluvio; quia magua futura erat eis pena et afflictio. Ab his ergo eos quiescere fecit et solatur Noe; primò, quia per arcum labores, id est, opera labore corrum facta, restituit; secundò, quia eis quies merita, artosque ab eo et posteris inventata, facilius jam est agricultura, omnisque labor hominum, ut paulo ante dixi.

Nota. Natus est Noe 600, anno diluvium, quod factum est anno mundi 1656, unde sequitur Noe natum esse anno mundi 1056, scilicet post mortem Adæ annos 1656; nam

CAPUT VI.

1. Cumque cepissent homines multiplicari super terram, et filias procreassent,

2. Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchra, accepérunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Amare ut alii: mordet, amans ut alijs: amplexu amplexu amplexu se advenit, et amplexu amplexu amplexu se advenit.

3. Dixi Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est; eruntque dies illius centum viginti annorum.

4. Or ce qui oblige le Seigneur de prononcer cet arrêt, c'est qu'il y avait en ce temps-là, sur la terre, des hommes d'une grandeur extraordinaire et d'une extrême arrogance, qu'on appelait géants; car, depuis que les enfants de Dieu eurent épousé les filles des hommes, il en sortit des enfants qui furent des hommes puissants et fameux dans le siècle, où ils exercerent leur

anno 126; mortuus est enim Adam anno tam suo, quam muodi 930.

Tropologice, Noe symbolum est justitiae, quae omnes consolatur, et requiescere facit ab oportibus iniuriantibus; *hoc revocat à tristitia;* quia diu ea que justa sunt gerimus, nihil timemus pura conscientia securitate; non detenus gravi dolore; nihil est enim quod majoris doloris sit, quam culpa reatus, inquit S. Ambrosius lib. de Noe c. 1.

VERS. 31. — NOE VERO CUM QUINTENTORUM ESSER ANNORVM. Nota, non videri licet id videatur S. Chrysostomo) Noe ad annum 500 abstinuisse conjugio; ergo alios ante Sem, Cham, et Japheth genuit filios, qui mortui sunt ante diluvium; unde sequitur, non omnes qui hic primò generati nominarunt, fuisse revera pri-mogenitos. Ita S. Augustinus lib. 15 de Civit. 20. Hoc anno 500, copit Noe arce fabricam, camque continebat per 100 annos; perfecta est enim illa anno 600. Ita Orig., Aug., Gregor., Rupert. Rursus post annum 500, Noe genuit, id est, generare copit, Sem, Cham et Japheth, ut successivis annis generaret, nunc Sem, nunc Cham, nunc Japheth; nec enim eodem anno hi tres simul sunt geniti.

Ex hoc loco colliguntur chronologia mundi, puta à creatione mundi et Adæ, usque ad diluvium fluxisse annos 1656; nam

Adam Genit	Seth Cūm esset	150 Annor.
Seth	Enos	105
Enos	Cainan	90.
Cainan	Malaleel	70
Malaleel	Jared	65
Jared	Henoch	162
Henoch	Mathusalem	65
Mathusalem	Lamech	187
Lamech	Noe	182
Noe	Sem, Cham et Japheth	500

Post generationem Sem anno centesimo, qui fuit 600 vite Noe, factum est diluvium, Gen. 7, v. 11. Duravit diluvium anno integro, ut patet conferenti Genes. 7, v. 11 cum Genes. 8, v. 15 et 14. Ergo à creatione mundi usque ad finem diluvii fluixerunt anni 1657.

CHAPITRE VI.

1. Après que les hommes eurent commencé à se multiplier sur la terre, et qu'ils eurent engendré des filles.

2. Les enfants de Seth, qui portaient le nom d'enfants de Dieu, voyant que les filles des hommes, c'est-à-dire des descendants de Cain, étaient belles, prirent pour leurs femmes celles d'entre elles qui leur avaient plu;

3. Et ces alliances ayant causé une corruption générale, Dieu dit: Mon esprit ne demeurera pas pour toujours avec l'homme, parce qu'il n'est que chair, et qu'il n'a que des inclinations charnelles; ainsi le temps de la vie de l'homme n: sera plus que de six vingt ans, après lesquels je ferai périr tous les hommes.

4. Or ce qui oblige le Seigneur de prononcer cet arrêt, c'est qu'il y avait en ce temps-là, sur la terre, des hommes d'une grandeur extraordinaire et d'une extrême arrogance, qu'on appelait géants; car, depuis que les enfants de Dieu eurent épousé les filles des hommes, il en sortit des enfants qui furent des hommes puissants et fameux dans le siècle, où ils exerçaient leur

Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias homi-

num, illeque gennerunt, isti sunt potentes à seculo vii famosi.

5. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta coitatio cordis intenta ad malum omni tempore,

6. Penituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus :

7. Delebo, inquit, hominem quem creavi, à facie terre, ab homine usque ad animalia, à reptili usque ad volucres celi; penitet enim me fecisse eos.

8. Noe vero invenit gratiam coram Domino.

9. Ha sunt generationes Noe: Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo amulavat.

10. Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japhet.

11. Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniuriate.

12. Cùmque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro coruperat viam suam super terram),

13. Dicit ad Noe: Finis universa carnis venit coram me; repleta est terra iniuriate à facie corum, et ego disperdiam eos cum terra.

14. Fac tibi arcam de lignis levigatis; mansueta in arca facies et bitumine liquies intrinsecus et extrinsecus.

15. Et sic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo arce, quinquecentia cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius.

16. Fecesstram in arca facies, et in cubito consumabim summittatem eius; ostium autem arcae ponas ex latere; deorsum, conacula et tristega facies in ea.

17. Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vite est subter cœlum: Universa que in terra sunt, consumentur.

18. Ponamus fodus meum tecum; et ingredieris arcam tu, et filii tui, uxori tua, et uxores filiorum tuorum, tecum.

19. Et ex cunctis animantibus universa carnis bina indues in arcam, ut vivant tecum, masculini sexus et feminini.

20. De volueribus justa genus suum, et de jumentis in genere suo, et ex omni reptili terra secundum genus suum; bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint vivere.

21. Tollis igitur tecum ex omnibus escis, que mandis possunt, et comportabis apud te; et erunt tam tibi, quam illis in cubito.

tyrannie et leur cruauté, et où ils répandaient partout la corruption et l'impérit.

5. Dieu donc voyant que la malice des hommes qui vivaient sur la terre était extrême, et que toutes les pensées de leur cœur étaient en tout temps appliquées au mal,

6. Il se repentit d'avoir fait l'homme sur la terre; c'est-à-dire, que sans changer en lui-même, il agit au dehors, comme se repentant véritablement, et paraissant touché de douleur jusqu'en fond du cœur.

7. Il dit: J'exterminerai tout ce qui a vécu sur la terre, depuis l'homme jusqu'aux animaux; depuis tout ce qui rampe sur la terre jusqu'aux oiseaux du ciel; car je me repens de les avoir faits, en voyant que l'homme, pour qui je les ai créés, ne cesse point de m'irriter, et de s'en servir pour m'offenser.

8. Mais Noé n'était pas criminel comme les autres hommes, trouva grâce devant le Seigneur, et fut sauvé avec ses enfants.

9. Or, voici les enfants qu'engendra Noé, et qui furent sauves avec lui; car Noé fut un homme juste et parfait au milieu des hommes de son temps; il marcha avec fidélité en la présence de Dieu dans tous les différents âges de sa vie.

10. Il engendra trois fils, Sem, Cham et Japhet.

11. Or la terre était corrompue devant Dieu, et remplie d'iniquités.

12. Dieu voyant donc cette corruption générale de la terre (car la vie que les hommes y menaient était toute corrompue),

13. Il dit à Noé: J'ai résolu de faire périr tous les hommes; ils ont rempli toute la terre d'iniquité; et je les exterminerai avec tout ce qui vit sur la terre; mais pour vous j'ai résolu de vous sauver.

14. C'est pourquoi faites-vous un grand vaisseau de la figure d'une arche, ou d'un grand coffre, tout plat par-dessus, composé de pièces de bois aplatis de tous côtés, et exactement jointes ensemble; vous y ferez de petites chambres, et vous l'enduirez de bitume dedans et dehors, pour la rendre impénétrable à l'eau et aux vêts, et pour empêcher, par son odeur forte, la mauvaise odeur de tout ce qui y sera renfermé.

15. Voici la forme que vous lui donnerez: sa longueur sera de trois cents coulées, sa largeur de cinquante et sa hauteur de trente.

16. Vous ferez à l'arche, immédiatement au-dessus du toit, une ouverture en forme de fenêtre pour y donner de l'air et du jour; et vous lui donnerez une coude de hauteur, aussi bien qu'un comble du toit de l'arche, dont sera en peinte pour faire écouler les eaux. Vous mettrez aussi la porte de l'arche au côté où à l'un des bouts; et vous y ferez un étage tout en bas, un autre au milieu, et un troisième plus haut, dans lesquels vous protiqueriez diverses chambres pour les diverses espèces d'animaux que j'y veux conserver.

17. Car je m'en vais répandre les eaux du déluge sur la terre, pour faire mourir toute chair qui respire et qui est vivante sous le ciel; en sorte que tout ce qui est sur la terre sera consumé.

18. Mais j'établirai mon alliance avec vous, je vous prendrai sous ma protection; et vous entrerez dans l'arche, vous et vos fils, et les femmes de vos fils avec vous.

19. Vous ferez aussi entrer dans l'arche deux de chaque espèce de tous les animaux, mâle et femelle, afin qu'ils y vivent, et qu'ils s'y conservent avec vous.

20. De chaque espèce des oiseaux vous en prendrez deux; de chaque espèce des animaux terrestres, deux; de chaque espèce de ce qui rampe sur la terre, deux; en un mot, deux de toute espèce entronteront avec vous dans l'arche, afin qu'ils puissent vivre et s'y conserver pour repeupler la terre.

21. Vous prendrez aussi avec vous de tout ce qui se peut manger, et vous le porterez dans l'arche pour servir à votre nourriture et à celle de tous les animaux qui y seront avec vous.

22. Fecit igitur Noe omnia que precepérat illi Deus.

VERS. 1. — CUMQUE COEPISSENT HOMINES MULTIPLICARI. Josephus et Theodoret. putant hanc accidisse circa septimam ab Adamo generationem, scilicet sub tempore Henochi. Est ergo hic anachaeosis; recipiatur enim hic Moses, et reddit à Noe ad temporis priora que causam dederunt diluvio.

VERS. 2. — VIDENTES FILIUM FILIORUM HOMINUM, QUOD ESSENT PULCHRAE. Queres, qui sint filii Dei, et quod similitudine hominum? — Respondent aliqui filios Dei esse angelos, angelos enim esse corpores, et in corpore hic primum saeculum luxuriae admisso, ob quod cœlum dejecti sunt. Ita Joseph. Philo lib. de Gigantibus; Justinus Apolog. 4; Clemens 5 Strom.; Tertius lib. de Habitibus mulierum (ubi docet, demones hic docuisse mulieres confere stibium, brachiali, aliasque facies); Lactant. lib. 2, c. 15. Nec mirum id eos sensisse; nam et hoc seculo Cajet. censuit probabile esse, angelos habere sua corpora.

Secundum, alii respondent, filios Dei (scilicet quoad naturam) esse demones, qui ex se suâ naturâ et corpore generari instar hominum, ut voluerunt Platonici, et Franciscus Georg. tom. 1, problem. 74, vel potius, ut Burgensis et Franc. Valesius sacre philosophie cap. 8, esse demones, primum succubos, qui à potentissimis viris validissimum semen exceperint, quod deinde iudeum quasi incubi in validissimas feminas transfuderint, itaque generari gigantes. Licet enim Pererius dubitet, an ex incubis demonibus homo modo generari possit homo, et idipsum neget Cyril. assursum tamen Cardanus, Cajet, et benè idipsum probat Delrio, lib. 2. Disquis. magia. q. 15.

Verum dico, filii Dei vocantur hic filii Seth, primo, ob sanctitatem suam, justitiam, temperantiam, aliasque virtutes, per quas Dei imago in eis, quasi filii suis resplendebat. Ita S. Chrysost., Cyrilus, Theodor., Rupert., et Hilarius, Psalm. 152. Secundo, ut Olearius, est phrasis hebreæ: Hebrei enim omnis fortia, magna, egregia, dicunt esse Dei; ut montes Dei, cedri Dei, vocantur cedri et montes altissimi et maximi. Tercio, filii Dei vocantur filii Seth, quia robusti, quia viribus, forma, pulchritudine, staturâ eximi; è contrario filii et filiae Caini, vocantur filii et filiae hominum. Primo, quia erant perversi, et terre affixi. Secundo, quia corporis robur, formam et statutum enervârunt et decurrârunt; unde, ut notat Pererius, Cainiti hic dicuntur generasse, non filios, sed filias, quia vi generandi per profusam libidinem debilitata, non filios, sed ferent filias generare poterunt. Addit tertio, Theod., et Suidas, Seth à pietate et sapientia Deum esse dictum; hinc ejus filios vocari filios Dei.

Quarto, filii Dei possunt accipi filii potentum, ut veritatem Symmachus, Chaldeus, et Pagiunus: ut filiae homi-

num vocentur plebeia, quibus potentes per potentiam et tyramideum sint abusi. Cum enim Deus, teste Damasceno, à providendo et previdendo sit datus; hinc rectores et potentes, quorum est alius providere, vocantur dii: unde illud Dei ad Mosen: *Constituti te Deum Pharonis;* ita Molina. Verum prior sensus, ut plorant est et communior, ita et verior.

COMMENTARIUM.

22. Nos accomplissons donc tout ce que Dieu lui avait commandé; il bâtit l'arche sur le modèle que Dieu même lui en avait donné, et il employa plus de cent ans àachever cet outrage; Dieu l'ordonnait ainsi, afin que tous les hommes fussent avertis des malices dont ils étaient menacés, et qu'ils eussent le temps de les prévenir, en pensant sérieusement à se convertir.

generi humano, q. d.: Homines carnales gravissime me offendunt, possem eos hoc instanti delere; sed quia clemens sum, do eis tempus penitentiae, idque largum, scilicet 120 annos; quod si illud negligant, post 120 annos, omnes planè delebo per diluvium, quod orbis inducam. Ita Chaldeus, Hieron., Chrys. et August. lib. 13 de Civit. c. 21. Ergo, ut recte advertit S. August. et Salvianus lib. Antikimonen ex Genesi, dixit hæc verba Deus anno atatis Noe 480, 20 annis ante nativitatem Sæti, que contigit anno Noe 500, scilicet diluvium contigit 600, licet S. Hieron., Chrysost. et Hugo, hæc dicta velint anno 500 Noe, 100 annis ante diluvium, ita nimirum ut ab his 120 annis, Deus ob sceleram hominum 20 dempserit et decurrit. Ita ergo Deus statuit mundo tempus penitentiae 120 annorum, illudque revelat Noe, ut ipsa illud ipsum proponat mundo. Unde sequitur, Noe hic implicite à Deo statuit prececum penitentia, et comminationis diluvii; quo diligenter et fideliter apud homines eum perfectum esse, non est dubium, atque in eodem collegas habuisse Mathusalem avum, et patrem Lanach, valde est verisimile; unde Bereros, Chaldeus lib. 1, sic ait: *Tuus multii predicabant, et vaticinabantur, et lapidibus excidebant de eis, quia ventura erat, orbis perditione. Sed enim illi assuli corridebant omnia, caelestium illas irâ atque ultionem pergerente, pro impietate atque sceleribus.* Moraliter hæc nota, ut impietas et improbias familiæ etiam antiquissimas et nobilissimas extingunt, ut patet in Cain et gigantibus; ita pietas et probitas easdem perpetuant, ut patet in Seth et Noe. Hoc est quod Psal. 58, dicitur: *Justi autem hereditabunt terram; iniusti autem disperibunt, simul regnū impiorum interibunt.* Symbolice, Cabalistæ, et ex his Petrus Bonus tract. de Numerorum mysteriis, in sexies millesimo an. hos 120 magnos et Mosiacos accipiunt, puta jubilati, ita ut quilibet annus hinc completeretur quinquaginta annos vulgares; ac consequenter 120 hi efficiant sex millia annos vulgarium (multiplica enim 120 per quinquaginta, habebis sex millia), quibus durabit hic mundus, vitaque et ætas hominum, de quo dixi c. 2, v. 2.

GIGANTES AUTEM ERANT. Ex 78 erant videtur, quod jam ante fuerint gigantes; ita tam, ut hoc tempore fuerint multiplicati, ex commixtione filiorum Dei cum filiabus hominum, unde hebreæ pro, postquam enim, habent, et etiam postquam; et Septuag. clara ita vertunt, gigantes erant super terram in diebus illis, et post illud, postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum. Ita S. August., Vatabil. et alii.

Nota. Gigantes hebreæ vocantur nephilim, id est, cadentes (à radice naphal, id est, cedidit), actrè, q. d., irruentes, opprimentes, et cuncta instar procelle prosterentes, et ad casum ac ruinam impellentes. Unde Aquila verit, *ēmulatorēs oī ūtōi, illi violenter irruentes.* Inde illud Jobi 16, 15: *Irruit in me quasi gigas,* Erant enim gigantes vastissimi, procerissimi, fortissimi et violentissimi homines. Idem à parentibus Rapha et Enac, vocantur Raphaïn et Enak; græco vocantur γίγαντες, quasi γίγαντες; id est, ex terra geniti,

quasi ventris et terræ filii, inquit S. Ambrosius et Philo.

Burgensis putat gigantes fuisse demones, humana specie indutos; Valesius putat gigantes fuisse filios demorum incuborum; Philo putat homines sceleratissimos vocari gigantes. Sed certum est, gigantes fuisse homines monströsâ staturâ, robore, latrociniis et tyrannide insignes, unde gigantes, per sua sceleria, fauorum maxima et potissima causa diluvii, ut patet Sap. 14, v. 6; Job 26, 5. Idem insinuat hic Moses: etiam enim de causa descripturus diluvium, gigantes, quasi diluvii causam, premittit. Ita passim docent interpres.

Ex hoc loco rursus, et potius ex fabricâ turris Babel, de qua c. 11 gentiles sumpercent, fabulan gigantum et Titanum, ut post S. Ambrosium et Eusebium lib. 5 de Praepar. evang. c. 4, docet Pererius. Credidit enim vetustas, gigantes fuisse homines excellissima stature, et draconum pedibus, ab irata tellure procreatos in deorum periculum, ut sciencit bellum dum inferrent, Jovemque colli possessione deiarent. Sed temerari et fustra; nam à Jove contriti sunt; quod paucis versibus ita perscringit Ovidius:

*Affectasse ferunt regnum celeste gigantes,
Attaque congerios struisse ad sidera montes.
Tunc pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, et excusit subiectum Pelion Osaz.*

POSTQUAM EXIIT; q. d.: Maxime postquam. Nota. Gigantes maximè generali sunt ex filiis Seth (hi enim vocantur filii Dei) qui integerim erant viribus, et jam à primævâ integritate degenerantes, summo amore ardoreque libidinis, toti in terram et ventrem proiecti, filiabus Cain (hæc enim vocantur filie hominum), upote pulcherrimis, agglutinati sunt. Feicit enim libido, ut natura in his omnem suam vim, et extremum potentia: sive exeretur; itaque vastissimi et validissimi homines prognati sunt. Thomas Faselius de Rebus Siculis, lib. 1, decade 1, c. 6, multa affect exempla gigantum hujus penè seculi, quorum alii 48, ali 20, ali plures habeant cubitos in altitudine. Vide huc ut rubor æquæ ac virtus vel vitium parentum, in proles transfundatur. Rectè Poeta:

*Fortes creaturæ fortibus.
Est in juventis, est in equis patrum
Virtus, nec imbelli feroxces
Progerant aquile columban.*

VERS. 9. — CUNCTA COGITAVIT. Hebr. col ieter machebat; omne figuratum cogitationum. Ieter enim est figuratum sive plasma figuli. Unde Illyricus delirat, dum hæc, inò ex suâ monströsâ figurâ format et fingit peccatum originae non esse accidens, sed substantiam et formam substantiam hominis, talis enim substantia, inquit, est plasma figuli. Verum non adverbit ipse, hoc figurum non esse Dei, sed cogitationum; cogitatio autem hominis non substantiam, sed substantiaz adlatam imaginem sibi pingit et fingit; hæc autem imago est accidens, non substantia. Unde Calvinus verit, *cuncta imaginatio.* Sicut enim figulus sua idola, ita imaginatio, et concupiscentia

hominis, suas species, quasi idola sibi effingit (qua de re vide Cyprianum in prologo libri de Cardin.). Operibus iisque non coacte, sed liberè se pascit et oblectat, ideoque meritò punitur, ut hi puniti sunt diluvio.

INTENTA ESSET AD MALUM. Infert Calvinus : Ergo omnia opera nostra, etiam sancta, aliquo occasione concupiscentiae peccato sunt inquinata, inò toti sunt sordida, nam Hebreæ addunt *rac*, id est, tantum intenta ad malum.

Respondet, & *rac* nec 70, nec Chaldeus, nec nostri veteruntur, quia viderunt id in Hebreo addi per pleonasmum et auxenis, satisque includi in eo quod dicitur, *cuncta cogitatio et omni tempore intenta ad malum*. Respondet secundo, Scripturam hic non loqui de justis, sed de peccatoribus, ob quos inductum est diluvium; nam statim excepti justum Noe v. 8, cuius cuncta penè cogitatio intenta erat non ad malum, sed ab bonum. Respondeo tertio, esse hic hyperboleum; nam peccatores licet maximi, quedam tamen bona faciunt, dum parentibus edocent, proximos juvent, aliis fidem servant, etc. *Cuncta ergo*, id est, plurima et creberima, *cogitatio*. Sic vulgo dicimus : Hie homo non aliud somniet (id est, sepè non aliud cogitat), quam de suo ventre. Similis hyperbole est Psal. 45, 3. Rom. 5, 12.

Adde proprie Mosen loqui de peccatoribus non omnibus, sed his tantum, qui erant tempore Noe, erantque pessimi et sceleratissimi; quos licet daremus nihili boni, sed omnia mala fecisse, idque ex liberali sua malitia, inde tandem nec sequitur eos aliter facere non posse, nec etiam alios peccatores, qui illis temporibus, nil boni, sed omnia mala peragere.

Ex hoc loco probabilitate patet Pererius, illo tempore solim Noe cum suis prolibus fuisse justum, omnes alii fuisse impios, ideoque, uti aquis diluvii, ita et in infernum esse demeros, exceptis tamen infantibus, qui sacramento illius temporis renati merentur. Verum contrarium est probabilitas, scilicet aliquos etiam adules, cum se aquis involvi, et sensu obrui videntur, ponituisse, justificatos et salvatos esse. Docet hoc S. Hieron. et Rupertus, satisque id ipsum insinuat S. Petrus Epist. 4, c. 5, v. 19, sic enim in periculis naufragii, etiam sceleratissimi quique, magno pietatis affectu ad Deum conffigunt, emendationem spouident, veniam petunt et impiantur, ut corpore perente anima salveretur.

Vers. 6.—**PONITUIT EUM.** Septug. *recogitavit*; nam is quem facti ponit, sepè illud versat et *recognit*: Ecce hoc feci! ultimum non fecissem! Ponituit hominem, cum is revocat cum dolore, et retractat sua dicta aut facta, ob eventum tristem, quem non præviderat, ex iis consequentem. Deus omnia prævidit, nec dolore potest; ergo propriè cum nullius ponitit; dicit tamen anthropopathos ponitire et dolere, cum ob hominem sceleris, sua dona et gratias revocare statuit et decernit; cum peccatores à se creatos, et beneficiis affectos, ob sua peccata, occidit et puniit. Unde Symmachus verit, *aversatus est*; *punitus ergo Deum*; id est, Deus irascentis et indignans peccatis

homominum decrevit retractare et delere hominem quem creaverat.

Vers. 7.—**DELEBO HOMINEM, etc., USQUE AD ANI-** MANTIA. Nota. Peccatum totius universi harmoniam dissolvit, quia non tantum hominem, sed et elementa, omnesque creaturas commaculat et distorquet. Osten- dam hoc per singula creationis singulorum dicrum opera. Primo die creata est lux; hanc fugit et obtenebrat peccatum; hinc sit Jeremias, c. 4 : *Asperi celos, et non erat lux*. Secundo die creatum est firmamentum, et orbis caelestes; jam ob peccata corda complicabuntur sicut liber, ait Isaías c. 54, 4, ne scilicet peccata et peccantes tangant et operiantur. Tertius die producta sunt plantæ; de his audi Jeremiam cap. 4 : *Asperi terram, et ecce vacua, et nihil*. Quarto die factus est sol; hunc peccatum eclipsat, ut docet Isaías c. 15, 10. Quinto die producti sunt pisces et aves; de his ait Jeremias c. 4, 25, quid ob peccatum omne volatile recessit. Sexto die creata sunt quadrupedia et homo; hinc peccatum austert ex montibus et silvis, ut patet Osee cap. 4, 5. Omnia ergo cum homine peccante puniuntur, quia ei ad peccatum servient; vel potius homo ipse in omnibus puniatur, dum omnibus quibus abusus est, privatur.

Vers. 9.—**NOE VIR JUSTUS :** Noe, ait S. Ambrosius lib. de Arcâ et Noe c. 3, non genere, sed justitia laudatur; probati enim viri genus, virtutis prosapia est, sicut siculi hominum genus, homines; ita animalium genus, virtutes sunt. Hinc perente mundo, unus Noe servatur, quasi stirps incorrupta, ut novi mundi sit origo, et novorum hominum seminarius, ut ait S. Ambrosius.

Vera ergo nobilitas, laus et gloria in justitia, religione et virtute consistit. Ita eusserunt veteres Christiani, mobiles et martyres. Ita Romanus martyr, cum Galerius imper. et Asclepiades prefectus Antiochiae Christianos invaderent, flagris et plumbariis exsoluit sibi nobilitatis nomine pasci. Absit, inquit, ut me nobilis sanguis parentum prestat, aut lex curia; generosa Christi sequela nobilitat vivos. Jussit ergo Asclepiades latere eis mucronibus sciendi; tum illi : *Gratias ago tibi, & profecte, quid amplioris nisi oris patet eccliesi meatus, quibus Christum predicare possim*; tot ecce ludentem ora, quoi sunt vulnera. Testis est Prudentius in hymnis *xcvii. xcix. lxxviii.* Ita et S. Agatha Quintianus prefecto objecit: *Non te puden nobili genero natum, humilem et servilem Christianorum vitam agere?* respondit: *Multo præstanter et christiana humilitas et servitus, regum opibus et superbia.* B. Gregorius Nazianz. orat. 41: *Nobilitas vera, inquit, est diuina imaginis conservatio, atque archetypi initatio, quam ratio et virtus efficient.*

PERFECTUS, perfectione, non patria, sed via, que excludit omne peccatum, non veniale, sed mortale, quecum in assiduo studio et profectu virtutum constat et decernit; cum peccatores à se creatos, et beneficiis affectos, ob sua peccata, occidit et puniit. Unde Symmachus verit, *versatus est*; *punitus ergo Deum*; id est, Deus irascentis et indignans peccatis

Solus in cunctis justissimus erat, et verax

Noe fidelissimus et bonus operibus adductus.

et Ecclesiast. c. 44, v. 17 : *Noe inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundia factus est reconciliatio; et Paulus Hebr. 11, v. 7 : Fide Noe aptivit arcum, per quam dannavit mundum, et justitiae, quae per fidem est, haeres est institutus.*

In GENERATIONIBUS suis : Inter homines sui aevi et seculi, adeoque praे hominibus sui aevi. Ponitur abstractum pro concreto, scilicet generationes sue, pro hominibus suo secundo generatio. Ita ait Sapiens Eccles. 1, 4 : *Generatio preterit, generatio advenit*, id est, aetas et soles una hominum præterit, mox altera filiorum et nepotum ei succedit. Si enim B. Virgo dicitur benedicta inter mulieres, id est, praे omnibus mulieribus. Unde colligunt aliqui, Noe quoque fuisse perfectiore ipso Henoche, omnibusque suis majoribus, qui primo illo seculo vixerint. Verum hoc non est necessum dicere; nec enim necessum est, secundum Noe extendere usque ad Henochem, qui jam ante sexagesimos annos raptus erat in paradisum; et licet oī extenderemus secundum Noe, sufficit ad veritatem horum verborum, dicere, Noe non ipso Henoche, nec omnibus omnino hominibus, sed plerisque fuisse perfectiores. Secundo, Delrio per generationes intelligit actiones; haec enim sunt quasi liberi, quos parit homo tota vita sua spatio, q. d. : *Toto vite sua decursu, in suis actionibus perfectus fuit Noe.* Hic census acutior et subtilior est: prior ergo sensus magis planus, simplex et genuinus est.

Cum DEO AMBULAVIT : uti Henoche, de quo dixi c. 3, v. 22, Praecellare Hugo de S. Victor. lib. 1 de Claustro animarum : *Sicut, inquit, nullum est momentum, quo homo non utatur, vel fructus Dei bonitate et misericordia; sic nullum debet esse momentum, quo eum pressent non habeat in memoria.* Omne enim tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te reputa perdidiisse. Basilius, rogatus, quis frequenter irascerit? quis ad bona opera piger est? quis Dei gloriam non promovet? hoc unum ad singulam respondebat : *Qui non semper cogitat, Deum snarum actionum inspectorem esse.* Hec enim una recordatio si esset assidua, contra omnia vita medelam præberet.

Vers. 10.—**SEM, CHAM ET JAPHETH :** Sem hebraicè, inquit S. Cyrillus hic homil. 5, significat perfectionem, vel plantationem : *Cham caliditatem; Japheth amplificationem.* Verius est, Sem hebraicè significare nomen, vel famam; *Cham calorem et nigritatem; Japheth amplitudinem, ut patet cap. 9, v. 26.* Jam abstracta ponuntur pro concreto; non enim et fama, id est, nominatus et famosus; calor et nigredo, id est, calidus et niger; amplitudo, id est, amplius.

Vers. 11.—**CORRUPTA EST AUTEN TERRA.** Incola terreni adeo corrupti sunt, ut ipsam terram suis sceleribus polluisse et corrumpisse videantur; est metonymia cum auxiliis.

Vers. 12.—**OMNIS CARO, OMNIS HOMO, EST SYNCEDRACHE;** caro enim idem est quod homo, et hyperbole; nam omnis idem est, quod plerique : excipitur enim Noe justus cum suis.

CHRUPERAT VIAM SUAM, suam vivendi rationem;

sic vice hominis vocantur opera, conversatio, consuetudo hominis; via Dei vocantur opera Dei, Prov. 8, 22. Notat S. Ambr. I. de Noe et Arcâ, c. 5, diluvium carnis peperisse diluvium aquarum. *Cero*, inquit, *causa fuit corrumptas etiam anime, quae velut origo et locus est quidam voluptatis, ex quâ velut à fonte prorumpunt concupiscentiarum malorumque passionum flumina, latèque exstant; quibus demergitur anima quodam excessu gubernatore remigium, cùm ipsa mens velut quibusdam tempestatis et procellis victa, loco suo credit.* Et cap. 9 : *Corruptela diluvii causa est; ea ubi repserit, aperientur aquæ, ebullient omnes fontes cupiditum, ut totum corpus tanto et tam profundo vitiorum diluvio mergatur.* Sic ut ergo Noe inclusus se cum animalibus in arcâ, diluvium evasit; sic et tu collibe tuos sensus et passiones intra mentis imperium, et poteris te tuaque ab omni diluvii periculo liberare.

Vers. 13.—**FINIS UNIVERSE CARNIS VENIT CORAM MI;** instat dies decreta à me excidio hominum et animalium; statui jamjam finire et perdere orbem diluvio patet ex seq.

A FACIE EORUM : per eos, ab eis. Ita Septuag. Chaldeus verit, *proper mala opera sua.*

Vers. 14.—**FAC TIBI ARCAM.** Hebreum *tuba* significat arce formam fuisse, non in morem navigii, cuius carina arietatur, et summatis vel patet, vel concavatur; sed in morem ciste undique clausa et quadrangula, quæ inferna plana est et aquæ, quaqueversum, superne verò plana est, sed ita, ut modice in culmen et clivum exiguum assurgat. Ita S. Augustinus lib. 15 de Civit. c. 27, idque satis colligit ex ejus dimensione, quam versu sequenti subdit Menses.

DE LIGNIS LEVIGATIS. Hebreicè de lignis *gopher*, quod Septuag. vertunt, *quadratis*; noster, *levigatis*, id est, dolatis et perpolitis tum ad aptiorem et artiorem compaginem, tum ad elegantiam, tum ut commodiis illinerentur bituminis. Oleaster verit, *de lignis pinii*; Chaldei, Aben Ezra, et Rabbini vertunt, *de lignis cedri*. Cedrus enim in Syria abundat, estque incorruptibilis, et longissimas dat tabulas, casque leves et superfluentes. Ex cedro factam esse arcam, docet S. Ambros. lib. de Arcâ c. 7, et S. August. tract. 6 in Joan. S. Hieron. verit, *ex lignis bituminatis (gopher idem sit quod gopher)*, id est, bituminosis, hoc est, resinosis; bitumen enim amplè capitur pro resinâ; plus autem et cedrus sunt resinifera, et sic omnes haec versiones in unum convenienter.

MANSUENICULAS IN ARCA FACIES. Hebreæ et Septuag. *nidos facies arcam*, id est, in parva stabula dividit et distribuit arcum, non solim ut aves, sed ut et cetera animalia sua discreta habent habitacula; unde noster clarè nidos hos exposuit, per mansuenculas.

Symbolice S. Ambros. lib. de Noe cap. 6 : *Omne corpus nostrum, inquit, attectum est sicut nidos, ut spiritus vitalis omnes partes viscerum penetral. Nidi quidam sunt oculi nostri, quibus se visus inserit. Nidi sunt nostrarum sinus aurium, per quos auditus se infundit.*

Natus est narium, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quartus major easteris, hiatus oris, in quo nutritur donec adolescat sapor, et unde vox evolat, in quo latet lingua. Spiritus quem carpinus et quo alimur, nidus est pulmo; sanguinis autem et spiritus nidus est cor. Ossa quoque validiora nidos habent. Sunt enim intus cavae, in quibusdam foraminibus est medulla. In visceribus ipsis mollioribus nidi cupiditas aut doloris sunt. Et max: Est jam in hoc corpore nidus iudicium, in quo erat nids irrationabilis concupiscentia.

BITUMINE. Pie aptius erat bitumen, ad tabulas conglutinandas et consolidandas, et ad factorem, ex stercore tot animalium provenientem, dispelendum.

VERS. 45. — TRECENTORUM CUBITORUM ERAT LONGITUDO ARCAE, QUINQUAGINTA CUBITORUM LATITUDINE, ET TRIGINTA CUBITORUM ALTITUDINE. Cubitus continet pedem cum dimidio, sive sex palmos. Olim, ut pedes hominum et palmi, ita et cubiti erant majores, quam jam sint. Origenes cubitum hic intelligit, non communem, de quo jam dixi, sed qui continet sex cubitos communes et vulgares. Origensem sequitur Isidorus Clarius et Delrio. Sic enim non arcte et compacte, sed laxi et salubriter in arcā degere poterant animalia omnia. Verū sic immanis fuisse vestitus arca, que vix in una fabriican compingi, vixque aquis sustineri et moveri potuisse. Addit, alibi Scrip, cubitos non geometricos, sed communes accipere, ut cùm ait, Goliath fuisse procerum sex cubitos et palmum. Quis enim credit Goliath fuisse 56 cubitorum communium? Ergo et hic cubiti communes accipiendi sunt. Ita Tornillus.

Nota. Arca longitude decupla erat ad ejus altitudinem et profunditatem: talis est enim proportio 500 ad 50. Nam decima triginta sunt trecenta. Rursus longitude area sextuplica erat ad ejus latitudinem: tali enim est proportio 300 ad 50. Nam sexies 50 sunt 300. Eadem est proportio dimensionum in corpore humano bene formato; ut minimus ejus longitudine, quem sumitur à vertice usque ad pedes, sit sextuplica ad ejus latitudinem, quem sumitur à latere dextro in sinistrum, eundo per medium pectus. Rursus, longitude corporis humani decupla est ad ejus profunditatem, quem sumitur à pectori, et per pectus penetrando in dorsum. Ita S. Augustin. lib. 15 de Civit. c. 28, et S. Ambros. lib. de Arcā, c. 6.

Hinc sequitur, arca capacitatem inferius fuisse 45000 cubitorum; nam si geometrici 500 cubitos longitudinis arce, multiplicies per quinquaginta latitudinis ejusdem, habebis cubitos quadratos quinducim millia; que si rursus multiplicipes per 50 cubitos altitudinis arce, habebis jam dicta 450 millia cubitorum solidorum. Hinc ergo fuit dimensio et capacitas arce interius, que sane ingens fuit, et sufficiens omnibus animalibus et rebus arce contentis, ut non sit necesse cum Origene, cubitos hic, non communes, sed geometricos accipere; sic enim sextuplico maior et capacior fuisse arca.

VERS. 46. — FENESTRAM. Praecipuum unam, gran-

diorem et pellucidam, ex vitro, crystallo, vel lapide speculari (hoc enim significat hebreum sohar, et grecum ἐσπερις, ut verit Symmachus). Nihil ergo prohibet, alias minores per circuitum in tertio coenaculo, ad lucem ubique recipiendam, factas esse fenestras. Fenestra hec aperiri poterat; unde per eam Noe columbarum et corvum emisi.

ET IN CURITO CONSUMMARI SUMMITATEM EIUS, q. d.: Altitudinem eius, puta fenestra, facies unus cubit. Ita Vatablus, Olesaster, Delrio. Secundū, Tornillus sic explicat, q. d.: Mensuram cubiti semper ad manum habe et adhibe, ut juxta eam singulis arce partes, ad mensuram à me præstatim adficies. Terio, et genuinū (ut patet ex hebreo) ejus, scilicet arca, summittat sive altitudinem facies unus cubiti, q. d.: Facies tectum arce non omnino, sed penè planum, ita videlicet, ut sensim et lente tantum assurgat ad altitudinem cubiti; sic ut cubitus iste, sit altitudo mediana culmis arce, per totam ejus longitudinem. Ita Joannes Buteo et Pererius ex communis doctrorum sententia; describit enim Moses hic arca tectum, ejusque formam arcuatam in culmine.

DEORSUM COENACULA ET TRISTEGA FACIES IN EA. Ita haec lego et jungle, non autem, ut deorsum, referas ad ostium, quod processit. Jam sensus est, q. d.: Deorsum unum coenaculum, sive tabulatum sub aliо constitutatur, inquit Delrio. Secundū, aptius ad Hebream: deorsum, id est, tabulata infusa; coenacula, id est, tabulata media; in his enim fieri solent coenacula; et tristega, i.e., tabulata tertia, vel supra, facies in arcā. Hebreae invenimus, inferiora, secunda et tercia facies; et Chaldaea, mansiones inferiores, secundas et tercias facies in ea. Unde patet, arcā temz habuisse contingentes, sive tabulata; haec enim vocantur à Greco tristega, in quibus partim animalia, partim esca, aliquaque supelix condita et distributa erant. His adde quartam imam, pro sentia. Jam singula ita exacte describit et distribuit Joane. Buteo lib. de Arcā. In inā hā parte erat locus subarca, sive arena, que navi necessaria est, ut in aqua non fluctuet, non in hanc illam partem inclinet, sed suo quasi ponderi et justo libramento recta in aqua consistat; in hā etiam erat sentia, que sordes ex superioribus tabulatis per canales exicerit, atque per foricas, sive foramina in aqua foras emitteret; haec tamen foramina non erant in hā inā parte (haec enim tota erat sub aqua), sed in sequenti, sive secundā contingente, in quam per antiam ex imā parte aqua et sordes attollebantur; nisi malis dicere cum Tornillo, sordes subtletas fuisse per funes in primū et summum tabularum, ad fenestram arce, ut per eam, utpote magnam, foras ejecerentur.

In secundā contingente, sive tabulato, erat locus omnium animalium tam repellum, quā gradiente, in plurimas (Delrio numerat 500) cellas, sive mansuiculas, majores vel minores, pro quantitate animalium, utrāque ex parte distinctus: in cellis erant praesepia aliaque vasa cibum et potum continentia; in cellularum pavimento erant fonsello, per quas sordes

animalium in sentiam demitterentur; in medio celarium utrinque erat transitus, seu via quā homines cum lucernis discurrent ad singulas cellas, ut eas inspicere, et cuique animali de necessariis providerent. In hoc tabulato erat ostium arce, de quo v. 46, idque magnum et amplum, utpote per quod elephantes, camelii, omniaque animalia inducta sunt in arcam.

In tertio tabulato erant distincte apothecae, continentes tuni animalia et hominum, puta fœnum, paleas, poma, frumentum, semina, legumina (tunis dolia aqua dulcis, ad potum et ad lotionem. Ex hoc tertio tabulato, per foramina, cubos, in quodque præsepe secundi tabulati cibus et potus immittitur. Haec etiam depositi fuit omnis supplex, tan urbanā quam rusticā, post diluvium usui futura.

In quarto et summe tabulato, locus erat hominum et avium. Primo ergo erat hic cubiculum Noe et filiorum, distinctum à gyneceo, sive habitaculo mulierum (ab his enim viros, durante diluvio, abstinuisse docet S. Ambro, Rabanus, Auselius, Laođum, S. Hieronymus in Zachar. 42, Delrio et alii); huic lumen infundebat fenestra arce; secundū, erat hic culina cum camino et foce; tertio, fūrus, pistrinum, et molae trusatiles; quartū, lignū, cum lignis et carbonibus; quinto, ponus annona, tam cibi, quām potis. Ex alia parte erant cavae et nidi singularium avium, cum suo pabulo. In his coenacula erant scale, per quas ex uno in aliud ascendebant et descendebant.

Porrō, ut docet Buteo, in hā quartā configuratione erant spiracula ad suram excipiendam et renovandam. Erant haec spiracula veluti quidam camini, qui usque ad arce summittat protendebantur, ut per apertā quedam ostia, utrīque sub prominente testi stillicidio apte fabricata (quā pluvia tuta, et ab aquarum fluctibus remota essent) fantes exhalare, et inclusus aer transpirare posset, ne sordidus fante infectus, animalia etiam ipsa inficeret interimeret.

Ihs omnibus tectum erat impositum, planum, sed nonnulli acclive, et assurgens ad altitudinem cubiti (ut patuit arce), ut utrīque pluviam illapsam effundere foras arcam, in aquas.

Jam triginta cubitos altitudinis arce, ita per quatuor tabulata jam dicta dispositio Buteo, ut sentia habuerit quatuor cubitos altitudinis, secunda contingente, in quā erant animalia, habuerit novem cubitos altitudinis; terda cibariorum, habuerit octo; quarta hominum et avium, habuerit novem cubitos altitudinis.

Porrō Noe, Deo dirigente, in arce, sicut animalium mansiones loca qua sapientissime distinxit, no se invicem illo modo possent animalia ledere; ita etiam miro iudicio onera cuncta intra arcam sive ratione locavit ea dispositio, ut ipsa arca, veluti justis librata ponderibus, rectā positione, super aquas consistere ferrique posset.

Arca hujus et diluvii meminerunt omnes profani scriptores, teste Josepholib. 4 Antiquit. cap. 4, ubi addit, etiam suo tempore, reliquias arcae apud Armeni ostendit solitas.

Allegoricē, arca est Ecclesia; Noe est Christus salvator et consolator orbis; munda animalia et immundā in eā, sunt justi et impii; qui extra hanc Christi arcānū est, puta hereticis et infidelis, peribit regnante diluvio, inquit S. Hieron. Ita S. August. lib. 15 de Civit. cap. 26, et Gregor. homil. 17 in Ezechiel, ubi inter cetera ait: *In una cubito consumatur arca, qui unus est auctor et redemptor S. Ecclesiae peccato, ad quem omnes proficiunt, se esse peccatoe noverunt. Vide Ferum hic in fine cap.*

Tropologicē, arca est anima sancta, per crucis et labores recessis vitis dolata, quadrata, et ex omni parte librata. Rursus, arca est secretum conscientiae; Noe, est mens; longitudine arce, est fides; latitudo, charitas; altitudo, spes, item oratio et contemplatio; inundatio aquarum, est impetus tentationum; montes Armeniae in quibus arca requiescit, quies est anima in contemplatione rerum divinarum; volucres arce, sunt cogitationes celestes; animalia, sunt opera et curae circa res terrenas; corvus emissus nec reversus, significat falsos Christianos, qui foris in fluctuatione temporalium tentantur, nec redeunt ad mentis quietem; columba reversa significat bones Christianos, qui ad opera caritatis emissi, mox ad mentis quietem redeunt, sed cum ramo olive, quā peregruant opera misericordie. Hęc omnia habet Hugo Victor. Allegor. in Genes. cap. 18, et Origenes hic.

Vers. 18. — INGAEDIERIS ARCAM, TU ET FIH TU, USOR TUA ET UXORES FILIORUM TUORUM. Separantur hic viri a feminis, ut innuat, in arcā abstinentium usu conjugii, utpote tempore diluvii, id est, luctus et poenitentia, ad propitiandum Nomen. Hinc in arcā nullus legitur genitus, idque insinuat Moses dicens c. 10, 1: *Natique sunt eis filii post diluvium. Ut c. 41, 10: Sem genuit Arphaxad biennio post diluvium. Ratione de Danaso. I. 4 Fidei c. 23: Separant, nif, eos ab uxoriis, ut cum castitate pelagus et illud commune nonfrangat extaret. Quocirca Hebrei et S. Hieron. in c. 12 Zacharie ad illa verba: Familia domus David seorsim, et muleres eorum seorsim; et Abrahā in c. 7, et Remigius c. 2 Joeli ad illa: Egredietur sponsus de cubili; censent, toto tempore quo duravit diluvium et mundi universalis interius, neque Noe neque filios ejus operam dedisse generationi, quia tempus erat lugendi et orandi placandique Deum.*

Vers. 19. — EX GENCIS ANIMALIBUS BINA INDUCES. De terrestribus intellige; ergo etiam fere, ut leones, lupi, tigrides, bini induci sunt in arcam, qui tunc clures, quas mites agnelli. Noe viro innocentissimo parebant, ut parerant Adamo in paradiſo. Vide S. Chrysost. homil. 23. Nulli verò pisces ingressi sunt arcam, nec amphibia; quia hęc continentur tam in aqua, quam in terrā vivunt. Frustra ergo et tenebrē aliqui apud Hogan. lib. 4 de Arcā morali cap. 5, amphibis his cavitates sive nidos assignant, quos pro iis fecerit Noe fornicatis in extimo pariete arce, qui aquas spectabat; nam si quae sunt amphibia, quae tandem terrā carere nequeunt vel ob pabulum, vel quia in terrā nocte stabulantur, hęc intra arcam

cum aliis recepta et servata sunt. Rursum in arcum non sunt inducta animalia, que ex putrefactione, uti mures, vermes, apes, scorpiones; nec ea que ex congressu diversarum specierum, ut mulus ex equa et asino, nascuntur. Terrestrium ergo animalium, que ingressa sunt arcum, Arias Montanus lib. de Arcâ numerat species 150, exceptis serpentiis. Jan Pererius serpentium et reptilium numerat species 25. Quare universum fuissent circa 175 species animalium terrestrium in arcâ, in quibus sex tantum sunt majores equo; paucæ aequales, multæ minores etiam oviibus. Omnes haec terrestris Pererius aequaliter 250 habet, nec in arcâ plus loci occupasse censem, quam occupent 250 boves. Avium vix 150 species apud Gessnerum et Aldrovandum invenies, in quibus paucæ majores sunt cygnis, plerisque illi minores. Potuit ergo facilè arcâ haec omnia capere, cum eius capa-

CAPUT VII.

1. Dixitque Dominus ad eum: Ingredere tu, et omnis domus tua, in arcum; et enim vidi justum coram me in generatione hac.

2. Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam: de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminam.

3. Sed et de volatilibus colli septena et septena, masculum et feminam, ut salveretur semen super faciem universæ terra.

4. Adhuc enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus; et delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terre.

5. Fecit ergo Noe omnia que mandaverat ei Dominus.

6. Eratque sexcentorum annorum quando diluvio aquæ inundaverunt super terram.

7. Et ingressus est Noe et filii ejus, uxoris ejus et uxores filiorum ejus cum eo, in arcum propter aquas diluvii.

8. De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus, et ex omni, quod movetur super terram,

9. Duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcum, masculus et femina, sicut præcepserat Dominus eum;

10. Cùmque transiit septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram.

11. Anno sexagesimo vita Noe, mense secundo, septimo decimo mensi, rupi sunt omnes fontes abyssi magna, et cataractæ celi aperte sunt;

12. Et facta est pluia super terram quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

13. In articulo die illius ingressus est Noe, et Sem, et Cham, et Japhet, filii ejus; uxoris illius, et tres uxores filiorum ejus cum eis, in arcum;

14. Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque juncta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo cunctumque volatilium secundum genus suum, universæ aves, omnesque volucres,

276
citas fuerit 450000 cubitorum, ut dixi vers. 15.

VERS. 20. — INGREDIENTUR TECUM. Hebraicæ tabou, elecha, venient ad te, scilicet sponte sua, etiam si sint effera, idque vel Dei instinctu vel angelorum impulsu, ut prius ad Adamum c. 2, vers. 19, eadem adducta sunt. Ita S. August. lib. 15 de Civit., cap. 27. Non ergo animalia haec quisexvit Noe, eaque adduxit ad arcum, ut vult Philo; non etiam ipsa animalia invalescecente diluvio, fugerunt enatando ad arcum, ut vult Hugo Victorinus apud Buteonem.

VERS. 21. — EX OMNIBUS EISQ; QUE MANDA POSSUNT. Hebraicæ, ex omni cibio qui comedì solet, puta tam ab homine, quam à bestiis. Unde verius est, quod asserit Joan. Buteo (licet contrarium opinetur Perer.), scilicet animalia carnivora in arcâ, non herbas, sed carnes, à Noe arcâ ad hunc finem impositas, comedisse; leo enim, v. g., tantum carne vescitur.

CHAPITRE VII.

1. Le Seigneur dit ensuite à Noé : Entrez dans l'arche, vous, et tout votre maison, que je vous sauver avec vous, parez qu'en tous ceux qui vivent aujourd'hui sur la terre, j'airerai que vous seul êtes juste devant moi.

2. Prenez sept mâles et sept femelles de tous les animaux que vous savez être purs, et deux mâles et deux femelles des animaux impurs.

3. Prenez aussi sept mâles et sept femelles de tous les oiseaux du ciel ; faites-les entrer avec vous dans l'arche, afin d'en conserver la race dessus la face de la terre ; et faites au plus tôt ce que je vous ai commandé.

4. Car je n'attendrai plus que sept jours, et après cela je ferai pleuvoir sur la terre durant quarante jours et quarante nuits, et j'exterminerai de dessus la terre toutes les créatures que j'ai faites.

5. Noé fit donc ce que le Seigneur lui avait commandé.

6. Il avait six cents ans lorsque les eaux du déluge inondèrent toute la terre.

7. Avant qu'elles eussent commencé à tomber, Noé entra dans l'arche et avec lui ses fils, sa femme, et les femmes de ses fils, pour éviter les eaux du déluge.

8. Les animaux purs et impurs avec tout ce qui se meuut sur la terre,

9. Entrèrent aussi dans l'arche avec Noé, deux à deux, mâle et femelle, selon que le Seigneur l'avait commandé à Noé.

10. Après donc que les sept jours que le Seigneur avait dura furent passés, les eaux du déluge se répandirent sur toute la terre.

11. L'année six cent de la vie de Noé, le dix-septième jour du second mois de la même année, qu'commençait alors au mois d'octobre, les sources du grand abîme des eaux où Dieu avait renfermé celles qui couvraient la terre au commencement du monde, furent rompus, et les cataractes du ciel, où il avait mis, comme en réserve, les eaux qui étaient au dessus du firmament, furent ouvertes.

12. Et la pluie tomba sur la terre pendant quarante jours et quarante nuits.

13. Aussiôt donc que ce septième jour parut, Noé entra dans l'arche avec ses fils Sem, Cham et Japheth, sa femme et les trois femmes de ses fils.

14. Et tous les animaux sauvages, selon leur espèce, y entrèrent aussi avec eux; tous les animaux domestiques, selon leur espèce; tout ce qui se meuut sur la terre, selon son espèce; tout ce qui vole, chacun selon son espèce; tous les oiseaux, et tout ce qui s'élève dans l'air;

15. Ingressæ sunt ad Noe in arcum, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vita.

16. Et quia ingressa sunt, masculi et femina ex omni carne introierunt, sicut præcepserat ei Deus; et inclusit eum Dominus de foris.

17. Factumque est diluvium quadragesima diebus super terram; et multiplicaretur aquæ, et elevaverunt arcum in sublime à terrâ.

18. Vehementer enim inundaverunt; et omnia repleverunt in superficie terre: porro arcâ cerebatur super aquas.

19. Et aquæ prevaluerunt nimis super terram; operique sunt omnes montes excelsi sub universo ecclio.

20. Quindecim cubitis altius fuit aqua super montes, quos operaverat.

21. Consumptaque est omnis caro qua movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omnime repulitum qua reptant super terram, universi homines.

22. Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

23. Et delevit omnem substantiam, qua erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres; et deleta sunt de terra; remansit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arcâ.

24. Obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — OMNIS DOMUS TUA, omnis progenies et familia tua.

IN GENERATIONE HAC, inter homines hujus temporis.

VERS. 2. — EX OMNIBUS ANIMANTIBUS MUNDIS. Theodor., Abulensis et Beda putant haec animalia per anticipationem vocari munda, quia scilicet per legem Mosis Levit. 11, decernenda erant munda. Verum melius alii censent, distinctionem animalium (etiam avium, ut habent 70) in munda, et immunda, de quâ Levit. 11, fuisse quoque in lege naturæ, idque instinctu Dei et traditione majorum, quod scilicet Deus tempore legis nature, illa animalia quasi munda, revererit ad suum sacrificia, quæ postea tempore legis Mosis, quasi munda Iudeis secrevit ad esum. Ita S. Chrys., Didymus, et Pererius.

SEPTENA ET SEPTENA, id est, quatuordecim, puta septem mares et septem feminas, quatuordecim enim ex mundis animalibus, quatuor vero ex immundis servata esse in arcâ, censem Origenes, Justinus, Olesaster, et Dionys.; verum sic ingens fuisset animalium turba, quam capere non potuisse arcâ.

Melius ergo Josephus, S. Ambros., Chrysost., Theodor., Eucher., Lyran., Abulensis, Cajetanus et Perer. sic exponunt: Ex mundis tollens septena et septena, id est, septem tolles in arcum, è singulis qua munda sunt, scilicet unum par ad speciei propagationem; secundum par ad sacrificium; tertium par ad esum post diluvium; quartuplex Plinius, lib. 10, cap. 2, describens phœnicem, ait eum esse fabulam, additque: Alteratus est, inquit, in urbem phœnix Claudi principis censurâ, anno urbis DCCC, et in comitio propositus, sed

15. Tous ces animaux, entrèrent, avec Noé dans l'arche, deux à deux, mâle et femelle, de toute chair vivante et animée.

16. Ceux qui entrèrent étaient donc mâles et femelles et de toute espèce, selon que Dieu l'avait commandé à Noé; et le Seigneur l'y enferma par dehors.

17. Le déluge se répandit sur la terre pendant quatre-vingt jours; et les eaux s'étant accrues, élevèrent l'arche en haut au-dessus de la terre.

18. Elles inondèrent tout, et couvrirent toute la surface de la terre; mais l'arche était portée sur les eaux.

19. Les eaux étrangèrent et grossirent prodigieusement au-dessus de la terre, et toutes les plus hautes montagnes qui sont sous le ciel furent couvertes.

20. L'eau ayant gagné le sommet des montagnes, s'éleva encore de quinze coulées plus haut.

21. Toute chair qui se meuut sur la terre en fut consumée; tous les oiseaux, tous les animaux, toutes les bêtes, et tout ce qui rampe sur la terre.

22. Tous les hommes moururent, et généralement tout ce qui a vie et qui respire sur la terre et sous le ciel.

23. Toutes les créatures qui étaient sur la terre, depuis l'homme jusqu'aux bêtes, tait celles qui rampent, que celles qui volent dans l'air, tout péri, il ne demeura que Noé seul, et ceux qui étaient avec lui dans l'arche.

24. Et les eaux couvrirent toute la terre pendant cent cinquante jours.